

bus tota compages corroditur. Materiale ignis  
 administramus rebus primùm in minimas par-  
 ticulas comminutū, postea vasi, pro re nata, vel  
 aperto, vel clauso, loricato, vel non loricato, si-  
 ne vel cum spiraculis inditis, tum cum addita-  
 mentis calcinationem adjuvantibus, fusionem  
 nempe prohibendo, vel simul corrodedo, (quæ-  
 lia additamenta sunt salia) vel etiã sine iisdem  
 commistis. Verum sepe usus postulat, solidiora  
 subjecta ante calcinationem actualem prius a-  
 quã, aut aceto extingui, quo modo compages  
 divisa ignis facile ingressum largitur. Sunt quæ  
 prius per aquas suas corrodenda, postea igne re-  
 verberii in cinerem redigenda; id quod fit, pro-  
 pter tenacissimam partium cohesionem, quam  
 ne utiquam ignis dissolvere potis fuerit, nisi cor-  
 rodantur. Ignis verò naturã suã feliciter agit in  
 paululum antè divisa, quàm integra, pro-  
 ptereãq; valdè contumacia. Nihilominus sunt  
 quedam, quæ vice versã reverberari, postea cor-  
 rodi desiderant: neq; enim aliter in calces suas  
 abeunt, nisi ab igne materiali prius aliquid pas-  
 sa fuerint. At de his prolixè præcipere velle, com-  
 mentarii leges transgredieremur: apud Auto-  
 res enim usu receptum est, ut, de peculiari calci-  
 natione acturi, plerumq; modos ejus simul indi-  
 gitent: satis hic fuerit in generalibus operam  
 posuisse; Et ad autorum lectiones; vel potius  
 ipsam praxin, accommodasse.

Fitque